

aliquot spongia filii tui adversus maledicum Hyperaspis  
Apostata Judaei, quae illico volui ad vos mittere: nisi  
forte jam per vestros mercatores accepisti: Credo  
Francofurti excusam esse. Propterea sufficit ad abstergen-  
dam maledicentiam Apostata, neq. verbo eum aplius  
dignari debetis; quicquid ille contra insaniat, quia  
homo est deploratus, et potest filius tuus D. Bern-  
hardus tempus suum rectius locare. Scripseram  
ad te durante nundinis et rogaveram Rhodium, ut meas  
ad te citi curaret, eas an accepisti; interim dubito.  
Nihil aliud continent nisi brevi spongia prolixum  
Apostata veramen diluendum esse, quod probe factum  
video. Nisi una exemplum Bellarmini mei castigati  
de primi hominis gratia, quod spero te recte acceptu-  
rum. Dieta vestra feliciter forte nunc peracta  
est. Nuptiis nostri Illustrissimi dicti est dies 3. Maji,  
quibus ut ex alto benedicat Dominus nobiscum pre-  
amini. Coniugia Electoralia subsequuntur 11. Maji.  
Utinam bono Reipubl. peragantur. Tu interim felici-  
ter vale, et ex me saluta D. Kasselium nec non  
D. Knuzium et filium tuum Bernhardum, quem  
hortare, ut ne pium quidem concedat Apostata, in-  
luenda Orthodoxia. Ego, quantum in me erit, ope-  
ram subsidiariam libenter ei semper prestabo, quia  
debet veteranos tyronibus succurrere pro veritate  
iterum vale Heidelb. raptim 14. Aprilis 1612.

142.

Car: Davidi Pareo Maternus Hexder.  
Salutem, officium literarum, vir Clarissime, Pater  
Parentis instar colende, per tempus omisi, sperans  
vel tandem letiora exoranda fore, idem tunc experiri  
quod Felices frustra nobis promittimus annos  
Semper enim inaequalitatis premeunt.  
Factatus sum hactenus, nostri Theologorum protestantissime  
Pistorio more, invidia, emulationibus variis, at! quod  
ties exclamavi, quod inter Kedar et Mezech! Laudatus  
sum pro-

198  
tum promissionibus non raris, at hoc adhuc tempore, vana-  
si sufficiens panis miseria, et nisi mihi meiss, tandem pro-  
spicerem, egregie miser ero. Stipendium vix 125. Superia-  
les accedit, cara quibus familia administratur omnia.  
Exhauriuntur indies vires subditorum, ut quidam, si vero  
panis, et si vellet cum Philippensibus in cura ministrorum  
revirescere, non possent. Conquereris: responsum datur:  
multos esse, qui expectant conditionem, antecessores hanc  
contentos, non esse unde dent. Sic Civenses sine omni  
causa ministro ejecto, quo multis annis uti sunt  
feliciter, homine verè pio, alteram Wilhelmum quendam  
Haxinum, quod laetioris fortune, ambientem susce-  
perunt. Objicis Synodorum decreta s. de quorum consti-  
tutione gloriantur apud vos quidam, qui et aureos,  
et si alii versiculos fecerint, reportarunt honores. /  
in haec consensisse negant, vocationem Ministrorum  
Eclesia liberrimam, Synodos novae tyrannidis pun-  
tificia jugum, dicunt. Principum possidentium in  
religionem nostri animam, alter sine altero nihil,  
sic omnino nihil. Consiliarii Pontificia plerique  
professionis. Timent multi multarum Eclesiarum  
in ipsis incurabili interitum, destituuntur namque  
ministri vel necessaria sustentatione, maxime in  
Ducatu Juliacensi et quibusdam apud nos in locis.  
Bona Eclesiastica Patritii, Nobiles, quidam etiam  
ex vulgo sibi vendicant, ut quae in Misarum etc. cele-  
brationes Eclesiis donata. Tempore persecutionum  
ah! qui in his terris Eclesia nutriti! Altum jam  
silentium: omnia abundè quidem; in Ecliam deficit  
solum et ubique. Ministris quidem unanimiter haec essent  
proponenda, tractanda lamentabiliter, flebiliter ur-  
genda: si modo non unusquisque quod suum, sed et quod  
alterius quæreretur. Quisvivi olim quidam: Pernicies  
homini quod maxima? Responsum tulit: Solus homo  
alter. Haec rerum nostrarum fauces, sic coactus, i Pa-  
vente Basilea aliquod postulandum argentum, quod  
quidem subministravit: at, vir clarissimus, parens  
ut alter colende, quid tandem? Inserviendo ne alius  
et me et mea consumereu?

Curæ istæ domesticæ omnes meas meditationes, omnia  
mea corrumpunt studia, inuicem ad res tractandas, gerendas  
ineptum reddunt. Nollem igitur diutius in meam neorundum  
perniciem desiderare. Tuo tamen sine consilio nihil per  
omnia tento. Scis quidem, quam diu vixerit scultetus,  
nullum in Ecclesia locum in Palatinatu mihi dari  
cum in his regionibus ex aula et aliunde, ejectum vo-  
luerit, Principis illustrissimi animam cum praeferat, ac-  
cessus prohibeatur omnis, statuerit: testabuntur ex-  
pii et docti. In ~~scholis~~ Helvetia scholis quidem adesse possem,  
Eclesiis ex idiomate omnino neglecto non item. Hanoviam  
desiderari Ministros audio ex D. Schnabelio, qui hinc  
Rac transit; hic si tuâ, vir Clarissime, auctoritate  
si tua promotione locum obtinerem honestum, nec  
promotionis poeniteret unquam. Optarem quidem lo-  
cum scholæ viciniorum me, ut exernerem excitaremque  
phlegmate laboro indies vehementiori, ut si anni  
prolongarentur, ineptum me ministerio verear.  
Quicquid sit, vir Clarissime, habes omnem meam  
animam, Germaniam appeto superiorem. Tuam in  
me novi animam, tibi me do, con cedo, tuis obse-  
quar consiliis, tuis parebo monitis. Unum hoc cum,  
quæ per observantiam rogo, ut primâ occasione, quid  
suadeas, tuis ex literis cognoscam, curabit illas D.  
Chareschally vester Coloniam ad D. Bilderbeek,  
qui inde ad me.

Vorstius adornat responsum, ut audio, in notas D.  
Piscatoris, quas scripsit in librum ejus de Deo, et tuam  
tibi tradidit. Bertius nuper ad me theses de perseve-  
rantia sanctorum misit. Miseri homines, ubi nos  
et nostri de passiva, ut scholastici ajunt, loquimur,  
illi de activa altercantur, sic vires liberi arbitrii  
extollunt, unicum verò totius Christianismi nostri  
solatium tollunt. Mihi in omnibus adversis gratulor  
quod firmum stet fundamentum Dei, quod Christo à  
Patre datus, hinc: cui crediderim scio, neminem nec  
illius erepturum manibus firmus teneo, interim  
salutem meam in timore et tremore operari  
studio

199  
studia habeo, sciens sine Christo me nihil posse, cum Burgo.  
Ne deserat me, o tepe Christi, ne et te deseram, oro. Spi-  
ritum rectum innovandum in visceribus meis indes peto.  
confidens efficacem esse illum, cujus beneplacito vocatus.  
Nationalem Synodum instituendam dicunt, ad quam ex  
aliis nationibus viri docti evocandi: at tempus dabit  
futura: Scriverias noster antiquum obtinet, nemi-  
nem licet optime de se meritum curat, omnes proter  
se spernit: ελλὰ καὶ δὲ τρονόσπερ. Hec vir  
clarissime parentis instar venerande, festinanti, cui  
ignoscas, ut et perturbato animo, calamo. Deum anhelis  
rogo, vite et valetudini tuæ, studiis laboribusq; pie-  
tissimis benedicat. Conjugem tuam matronam pi-  
entissimam, ut et filium D. M. Philippum ex me  
quæro honorificè et officiosissime salutabis. Vale vir  
reverende, meq; quod peto, amare perge. Inyburgi  
25. Septembris 1672.

143.  
Salutem. Non dubito vir Magnifice et Clarissime, te  
aliquam eamq; haud ingratiam Parei memoriam  
adhuc conservare. Qua spe fretus, breves hæc ad  
te dirigere volui, tum ut tibi prosperioris fortune  
faventem auram, quam tibi in filia nostra de-  
menter adspirare intelligo, pro veteri amicitia nostra  
gratularer: tum ut pro Samuele Hirschkornio quod  
te intercederem. Est is ex alumnis Magnifici quondam  
viri Dni Joachimi Bergeri, optimi fautoris mei,  
et quia ingenuum atq; officiosum observavi, in fa-  
miliam meam eum adferri, ut amanuensis operam  
michi præstet. Quoniam verò tempus beneficii nu-  
per expiravit, ejusdem prorogationem per annum  
sequentem, vel quantisper Dni Patronis visum  
fuerit, suppliciter petit, ne ad vestimenta et ren-  
tariam sumptibus necessariis destituatur. Quam ejus  
petitionem cum te plurimum juvare ac promovere  
posse intelligam, etiam atq; etiam rogo, faxis, ut